

Mythologia, Venise, 1567 - V, 00 : Cur Olympica, aliaque certaminum genera fuerint instituta

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V : Cur Olympica, aliaque certaminum genera fuerint instituta](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 01 : Des causes pour lesquelles les Anciens instituerent les jeux publics](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 00 : Pourquoi c'est que les jeux publics Olympiens & autres joustes, festes & esbatemens publics furent instituez](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 00 : Cur Olympica, aliaque certaminum genera fuerint instituta, 1567

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/851>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 131r°

Du monde

Toponymes [Olympie \(sanctuaire\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/11/2024

NATALIS COMITIS MYTHOLOGICAE,

LIBER QUINTVS.

Cur Olympica, aliaq; certaminum genera fuerint instituta.

10



RAECCLARE sanè antiqui fecisse mihi videntur, Serenissime **CAROLE** Rex, qui, cum humanam vitam viderent multis calamitatibus, miserisq; circumuentam, multisq; incommodis assidue vexatam, per multa ad excitandos animos iacentes propè ac defessos ad hilaritatem excogitarunt, vt à quotidianis curis aliquantulum relaxarentur, quibus tamen & cù voluptate mores informarentur, & exercerentur vires corporis,

20

& ad religionis cultum vnà excitarentur. Nam & comedix, & tragedix, & multa ludorum genera inuenta sunt, quibus non solum ad corrigendos animi mores instituerentur, sed etiam allicerentur homines ad corporis vires exercendas cum quadam voluptate. Ita enim fiebat vt populus qui spectatū conuenerat, eruditus cum voluptate discederet, cum vitæ moderationem nō siue delectatione imbibisset. Atque cum illa fierent animi relaxandi causa, tum in honorem Deorum immortalium multa certamina fuerunt instituta, quibus & ad cultum rerum diuinarum, & ad exercendas vires corporis homines excitarentur. Conueniebat igitur ex vniuersa Græcia ingens ad certamina partim spe victoriæ, partim spectandi desiderio, multitudo: vbi post peracta certamina de rebus ciuitatibus vtilibus, & ad salutē vel gloriam totius Græciæ spectantibus, consultabatur. Et quoniam illa certamina ad religionem antiquorum Deorum pertinebant, me operæ precium facturum existimo, si quibus de causis, & vbi, & quando illa instituta fuerint, & quo pacto agerentur, explicauero. Fuerunt igitur quatuor certaminum genera, Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia, quæ celeberrima fuerunt, de quibus singulatim dicemus: ac primum de Olympicis.

30

De Certaminibus Olympicis,

Cap. I.

40

Fuerunt Olympica certamina, quibus cum voluptate ad immortalium Deorum cultum, & ad exercendas corporis vires homines excitabatur, à Dactylis Idæis vocatis primum instituta, vt fama est. Nam ferunt illos fuisse quinque, qui ab Ida Cretæ monte in Elidem venerunt, vbi vnus eorum natu maximus Hercules nomine, certamen curius per ludum fratribus proposuit: quorum nomina fuerunt illi: Pponeus, Ida, Iasius, Epimedes; atque victorem Oleastro coronauit; quæ arbor ab ipso Hercule primum fuit eò ex Hyperboreis deportata. Hercules igitur Idæus primus autor

autor